

sciplinas, spatium postea non inveniunt, quo tantam scilicet sapientiam practice exercent.

In omnibus agatur, ut discens non tam fiat eruditus, quam utilis, ac ea persequatur, quibus hoc seculo suum constet pretium. Et cum omnia non possint omnes, nec sperare debeant: aliqua sciat negligenda, alia majore studio complectenda.

§. 261, in einem Briefe an Ludovici: Ad vitam potius, quam ad scholam singula compono, ne quid discatur, quod vel in ipsa functione supervacaneum sit, prohibeo. Impossibilia juvenibus non obtrudo; hinc antiquitatem veneror, ne tamen recentioribus nostris studiis noceat, caveo. Bonos auctores explico, non ut formulas servili obsequio colligam, sed ut fontes, unde formulas petierint, ostendam. Memoriam, judicium, quin et loquendi scribendique facultatem hebescere non patior; ut extemporalitatis praecipua requisita strenue colant, moneo. Ne pietatem a studiis separent, rogo. Sed omnes, qui futuri non sunt theologi, Christianos tamen fore, dictito. Nihil a discentibus exigo, quod ipse, quam factu facile sit, non probaverim. Neminem contemno, qui viam suis auditoribus commodiorem polliceatur. Sed ab aliorum quoque judiciis nunquam dependeo. Juvenes meos timeo, nec classem nisi tribunal ingredior; non quod imperitos decipi posse dubitem, sed quod nonnullos aliquando noverim meos fore *judices*.

Uebrigens ist Weises Name in der Geschichte der Pädagogik der Oberlausitz schon deshalb wichtig, weil wir ihm jene schöne Jubelrede: de ortu et progressu scholarum per Lusatiam verdanken, die in Hoffmanns Scriptoribus abgedruckt ist.